



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

II. Die Febrvarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

Fides.

carcere Neocastri posuit triennio, statim captus atque istuc appulsus est. Ibi quidam de Societate illi socius carceris fuit, magisterque virtutis. *Ærumanæ carceris effecere, ut mors non minus in grandi macie quam torridus rigebat, quam in illius nomine reluceret.* Aiunt, vix nullum reorum ex illo carcere ductum fuisse ad mortem, quem Henricus non prius addixerit Catholicae veritati. In exilium amandatus, in Vvatenensi domo vixit inter Nouitios; quorum deinde magistrum egit, magno disciplina studio, quia pari exemplo. Non vna amandatione à patria exulauit. Ultimum tandem eò redux, de Sacerdotio damnatus est. Mirus ad moritum affluxus: & ipse ultimus viribus fatigebat pro salute consulentium, confitentiumque peccata. Post noctem insomnem, 1. Februarij horâ 4. manè sacris ultimè operatus, pro Anglia consuetas B.V. Lauretanæ, ac Sanctorum omnium Litanias recitauit. Ab his, de SSS. TRINITATE sacrificauit, votiu sacro; ut gratias ei redideret pro morte quam adibat. Mox horæ canonice dicitæ, ac vale socijs; à quibus in secreto cubiculo cum alio de Societate se abdens, totâ quantâ potuit virium contentione se in no-

bilissimos virtutum excelsarum actus pectora liberè in Deum exorrecto explicitur, vsque dum felici nuncio accerteretur ad mortem. quo accepto, exquisitis verbis gratias Deo teneras reddidit, seque obtulit in victimam. Altero Patre, ut in IESV, MARIAE, ac Sanctorum omnium expectantium amplexus porrò iret perquisitè horante, exarsit, succlamauitque flagranter Henricus: *Veni, mi IESV dulcissime! ut deuinctus tili, à re nulla aternitate auellar!* *Venire, vincula, crates, tormenta, laniana mortis. venite! IESV amore placetis.* Ita Mors mortrem optauit ut superaret. Raptatus ad suspendum, egrediè ad populum perorauit. Deinde versâ ad SSS. Trinitatem oratione, actus amoris Dei, & contritionis conceptis verbis, edidit. Particulatim se de irâ, & de attentionis in precibus negligentiâ in eo doloris actu accusauit in palam: postremò; *In manus tuas Domine, commendō spiritum meum meum;* dixit: pectus in signum animi de peccatis dolentis percussit, simulque ex mutua pactione à Sacerdote turbæ permisto à peccatis absoltus, simul subducto carro pependit, & mox quadrifariam in partes carnificatus est.

*Mortis apparatu;*B. V.  
Zelus.

## II. DIE FEBRVARII.

P. IOANNES  
DE ZUNNIGA.Hispanus  
Limæ, 2.  
Febr. 1577.

**C**ompluti inter studendum vna cum Ioanne Sebastiano admirabile perfecti Scholastici exemplar fuit. Annò 1569. in Peru appulus, necdum Sacerdos Limano Collegio præfuit Rector. Æstimabat omnes, & mirè ab omnibus Æstimabatur,

Sed ne in corpus licet virginitatis honore integrum, æquo inclemens desuiret, eguit rectione. In dicendo vis in illo efficacitatis planè de cælo data. Quidam alapâ percussus à quopiam, eum vsque in Peru ex Hispaniâ fugientem secutus est; ut eius morte alapè illius ignominiam extingueret. Hic P. Ioannis acerrimâ dictione adeò subactus est, ut ad reperti tandem eius quem quarebat, hominis pedes acciderit,

*Concio.*

H 3 derit,

*Caf.**B. V.**Mors.**Exemplum.  
prod. omnis.**\* Italus Limæ  
2. Febr.  
1587.  
æta: 84.  
Silentium.**Humilitas.**Indefatigabi-**Mentis ex-  
cessus.*

derit, veniam petens ac dans. Oratio illi pro lectionis arte fuit. Supremum ægrum & de recreata valetudine, adeoque de morte dilatâ mortuus inuisit, & solata est ea, quæ illi assiduo in amore & cultu fuit Deipara: promisitque fore, ut proximo sibi sacro festo die abiret e vita. Ita factum 2. Febr. 1577. Ioahne hymnos pro supremo carmine concinente. P. Ioannes Sebastianus eius cranium postea in cubiculo præ oculis habere semper voluit; ut se ad virtutis decus egregium excitaret exemplo adeo singulari. Tanti siebat, ut per 40. dies, quibus æger decubuit, per omnia Lima cœnobia pro eo in vita retinendo varijs quæ precibus, quæ corporis afflictionibus fuerit supplicatum.

### AVGVSTINVS PETRA- SANCTA COADIUT.

*S*anctimonix nomine Roma pri-  
mum deinde in Peru clarus. Fouen-  
do dulcissimo igni amoris Dei, veluti  
cinerem, silentium constans, & ferè  
pertinax adhibebat; parcè admodum  
circumspetèque locutus, ubi necessi-  
tas id extoriset; cum autem necessi-  
tas non erat, nihil. Pistoris perfunditus  
officio, si quid in pane laudaretur,  
Aethiopibus qui vñà laborabant, si-  
quid vitij notaretur, suæ ignaniæ ad-  
scribebat. Mox adhuc ita ut erat fes-  
sus à massa, & furno, ad P. Ministrum  
adibat, peritum nunquid laboris ha-  
beret, quod peragi veller; faciebatque  
perlibenter, quidquid iuberet. Tum  
se ad SS. Sacramentum recipiebat or-  
ratum. Non semel sensuum fuit impos-  
inter cœlestia quæ pati videbatur, dul-  
ci mentis excessu: maximè diebus fe-  
stis, & sèpè noctu, cum pistor esset.  
Nec alias delicias, aut quidquid sui  
amorem saperet admittebat. Cili-

cium, & disciplina quotidie illi in fa-  
miliari usu: somnus brevis admodum:  
reliqua noctis labor & oratio obtine-  
bat. Labore psalmis & Dei amore  
condiebat. Semel quot mensibus in  
triclinio se de omnibus, quæ in leges  
peccasset accusans, inclementer se  
verberabat. Quotidie verò Rectorem  
adibat: & quidquid ea die à se aber-  
ratum conscientiæ exploratâ reperis-  
set ei aperiebat; veniam, rectionem  
lachrymis vbertum manantibus, po-  
stulabat. Fama illius sanctimonix latè  
porrigebatur. Moriturus, ex tractatu  
Ioannis Aulæ de amore Dei aliquid  
sibi legi voluit, & in cœlesti æstu to-  
tus à se abripi videbatur. Per 12. horas  
immotus iacuit, & requieuit in pace.  
Laborum illius præmium fuerit, quod  
repertum post aliquot annos in crypta  
eius cadaver, manus planè integras  
habuerit, nempe quibus fidelis &  
pius hic Dei seruus tam sanctè labora-  
rat. Digitum non nemo è viris pijs ac  
sapientibus auult & argento inclu-  
sum veneratus, secum circumulit.

*Moreifice**Ratio con-  
scientia ves-  
peri.**Mors.**Lectio spirit.**Ob labore.**Manus in-  
corrupta.**\* Italus Aro-  
ntia. 2. Febr.  
1588.  
æta: 61.**Mors.**Arbor, flo-  
res, fructus.**Italus  
pesta.  
1594.**Columba.*

### P. PHILIPPVS

### CUPPONAGVS.

*H*unc in diem referunt etiam hu-  
ius obitum quidam, licet Annua  
diem omiserint, quæ visum quoddam  
mirabile de illo sic referunt: Eius obi-  
tum dicitur Deus pia cuidam mulieri,  
cui ille erat à Confessionibus, præ-  
monstrasse. Fundebat pro eo illa pre-  
ces, antequam Missionis obiret mu-  
nus, cùm arborem intuetur, in ma-  
gnam altitudinem expansis ramis ex-  
crescere, è quibus flores, fructusque  
vberimi: statim mortuo truncō ri-  
gentibus folijs exarescere; sed eges-  
sam ex eo columbam miri candoris in  
caelum euolare. In missionibus labora-  
uit enixè, alicubi maiore labore quam  
fructu,

fructu, alibi verò messe laborum gran-  
ditati oportabiliter respondente, ac pro-  
pè superante.

nuæ, & in morbo, & antequam in  
morbum incideret, quotidie bis Con-  
fiteri ei solenne esset.

*Confessio  
quæsid.*

P. HIERONYMVS  
RVIZ DE FORTILLO.

Hispanus  
Limæ. 2.  
Febr. 1592.  
ætat. 71.

L. Crux.  
Terramotus.

Concio.

B. Borgia.  
Oratio.

B. V.

Mors.

E formato Coadiutore factus qua-  
tuor votorū Professus Generalis  
Præpositi iussu; vt primus Peruanae  
Prouinciae pœcesset, quam fundarat.  
In Peruana illa nauigatione tempesta-  
tem quassantem omnia, immersâ in  
mare sanctissimæ Crucis particulâ se-  
dauit. In terram è naui cùm descende-  
ret, spectante magna mortalium vi,  
terra contremuit, quasi energumena,  
sed à dæmone liberanda. Vox eius ad  
concionem dicentis & spiritus erat  
veluti tuba Angelica. Efficacitas ab  
orandi sequē mirè vbique demittendi  
affiduitate mirabilis. Hic estille, qui  
B.P Borgiam orantem vidit splendo-  
re cælesti undeque circumdatum.  
Ipsum verò læra conuersarum anima-  
rum messe diuitem, & mortuum prox-  
imum ea quam studiosè diligenter  
que semper coluerat Dei Mater in  
in Cœlestium Virginum comitatu a-  
manter inuisit, & ad supremum æter-  
nitatis iter apparebat ac hilarè ineundum  
ipso suæ Purificationis sacro die  
veluti Simeonem accinxit.

P. ALPHONSVS  
GVILLERMVS.

Italus. Oro-  
pesæ. 2. Febr.  
1594.

B. V.

O Ropesæ obiit Mexicanæ Prouin-  
ciaz Procurator, magnâ lætitia  
gestiens quod in Societate moreretur.  
Ne ab Anglis piratis in mari capere-  
tur, aiebat se Maternæ Virginis Ma-  
tris pictati debere. Purificationis Ma-  
rianæ die decessit, Confessione gene-  
rali prius expiatus, cùm, vt aiunt An-

P. BALTHASAR  
BARREIRA.

G Vineensis Missionis ferd author Lusitanus.  
fuit, certè columna princeps. In Missione  
Orandi ad Deum & homines potens. Guineensi.  
Anno 1585. Paulo Diaz non nisi 150. 2. Febr 1612.  
Lusitanis, paucisque Aethiopum ma- Oratio.  
nipulis stipato, infinitâ Angolanorum  
vi iam imminente, Deum præsentem  
propitiumque pollicitus, illis potenti  
dictione animatis, in tabernaculum  
se abdidit, & supplex projectus in ge- Moyser no-  
nus.  
Etenim eo vel intentius in orationem de-  
fixo (verba nunc sunt Annuarum) vel  
animum remittente ab eadem idem modo  
victoria, modò cladis euentus Lusitanis in-  
cidebat. Ut proinde tunc Lusitani illi, &  
pauci Aethiopes, duodecies centena  
millia Angolanorum profligavit. Inde  
à Philippo II. accitus & honoratus  
multa impetravit, pro earum gentium  
salute, idonea, Alius Barreira consil-  
lio minimè obsecutus, cùm fortissi-  
mis Lusitanorum à barbaris prælio  
cæsus occubuit. Ebora Patribus per-  
suasit lachrymis, ne Guineensis, ar-  
dua licet nostris, Missio tolleretur, in  
quæ ille annos 14. laborarat. Ipse iam  
70. annos natus eò cum alijs mitti  
obtivit. Regem Toræ 130. annorum,  
sed senectâ viridi senem, Christo ini-  
tiavuit, & per illum apud Regulos alios  
rem Christianam egit. Omitro hic  
tantisper eius vaticinationem, & quo  
vel illum alij, vel ille alios viuus &  
mortuus amore ac beneficentiâ sit  
prosecutus.

*Confessio  
Regis.*

P. ANNAS

P. ANNAS DE  
NOVE.

Gallus in  
noua Fran-  
cia 2 Febr.  
1646.  
xcat. 66.  
Soc. 56.  
Mort.

B.V.

Casit.

Charitas.

Obed.

**A**nno 1646. 30. Ian. è Residentia Atrium Fluminum ad Gallicam quandam nouę Franciæ munitionem, vt istic operaretur prefectus, in sylua horrida, in niuibus frigoris sæuitiâ obriguit 2. Febr. repertus submissis humi genibus, aperto capite, oculis in cælum erectis, manibus pectori crucis in modum impositis, non nihil ad niues acclinatus. Frigus istic tam immane, vt manus ferro admotæ illis adhærescant. Deiparae Virginis Matri perpetuo Sabbati ieiunio, dulcissimis de illa colloquijs, quotidiano Immaculatae Conceptionis officio recitato insignitè addictus. Pulchra illi, & nobilitate illius digna oris cælti species: Virginitas non semel tentata à proteruis ante initam Societatem, semper tamen ad mortem usque seruata, id est, in sacculo per annos 30. in Societate per annos 36. In ea Missione 16. annis versatus, difficilis erat memoriae ad lingnas barbaras condiscendas. Demulcebat illos obsequijs, & quæstis per summum laborem inter ardua montium radicibus, quas illis dabat in maxima caritate annonæ fame omnia & mœrore complentis. Obedientiæ sanctitatem adeò venerabundus coluit, vt aliquando, id æratius vir, ubertim instar paruuli lachrymari sit visus, quod puraret se in re quapiam mentem obedientiæ minimè affecutum.

P. HIERONYMVS  
ANSALDV.

Sardus Ro-  
mæ, 2. Febr.  
1651.

**S**ardinia Prouincia Præpositus Romam ad generale Comitium desti-

natus, in domo Professi felicem diem clausit. Aiunt illum etiam puerum ægrè ad mensam ab orando auocatum. Toto tyrocinij tempore nunquam silentij legem violauit, mature sui vi-

Respectus  
humanus.

Silentium.

Humilitas.

Oratio.

Iaculatoria.

Oratio.

Cor Iesu.

B.V.

ctoriâ potitus. Inter studendum cōstare de se voluit, se nullius humani sus- pectus obtenuit quidquam agere velle, vel omittere; & velle, vel tace- re, vel ubi loqui licet, non nisi de stu- dijs, aut animi ad virtutem promo- uendi utilitatibus loqui. Idem illi cum Philosophiam, Theologiamque do- ceret, cum Rector vel Provincialis socios gubernaret, agendi tenor. Hn- militatis votum Sacramento conce- pit, promisitque se nullam rectiōnem velle admittere, quin Provinciali & Præposito rationes contrâ seriō prescriberet; id quod & præstitit: & Mutio Vitellesto vt ad Provincialia- tum iam illi impositum admittendum ne compellaretur persuasit. Debitum quoddam urgente iniquo quopiam, cum soluendo non esset, nec ille mo- ras pati vellet, flagrantiter ad orandum se cōtulit: & diuinitus intellexit, velut voce auditâ, ne se torqueret, ratio- num libris introspectis respecturum illa, quæ exigerentur nomina, deleta iam esse. Atque ita reperit latus & gratus Deo. Diuinæ voluntatis ubi- que facienda studio accensus est è le- ctione quadam spirituali, in qua ex- emplo P. Gregorij Lopez didicit qua- quis quasi respiratione dicere: fiat volun- tasia. Sæpe inter orandum se in con- spectu orantium Nouitiorum suorum, quibus præcerat, primus collocabat immotus, & exempli docens. Inter sacrificandum eleuari visus, & nubes lucida super illum descendens con- specta est, in qua Christus cor- suum aperto P. Hieronymi Ansaldi. Pectori infondere videbatur. Dicitur Beatissima Virgo illi disertè nuncia- se, vt ne tam parcus esset ac verecun- dus

dus in petendo. Sed fidientior, plura  
deinceps postulare auderet.

M. NICOLAVS  
HAGAIS.

Callus Mo-  
nis. 2. Febr.  
1615.

Molinis Grammaticæ præceptis  
Minstituebat iuuentutem. reli-

gioſi planè ingenii iuuenis Hic est ille,  
quem de Societate ineunda delibe-  
rantem ac timentem, ne eſſet parum  
idoneus, Beatissima Virgo adspecta-  
bilis illi facta, solara eſt, & S.P. Ignat-  
io commendans auxilium illi ſuum  
promiſit ſemper adſore in vita, & in  
extrema vita.

B.V.  
Vocatio.  
S.P.Ignat.

III. DIE FEBRVARII.

P. L VDOVICVS  
QUIROS.

Lufitanus  
in Florida.  
3. Febr. 1671.

Deus in-  
uenit apud  
Floridanor.

Fides:

Cer.

**D**ixi ad salutis mysteria Floridani,  
libenter quidem audiebat quām  
impensē amaret, ac beneficijs or-  
naret, bonos Deus; ac de supplicijs æ-  
ternis nihil ad aures admittebant, dæ-  
monem iuuenum Deum eſſe dicentes.  
Hos dum quā potest excolit Ludouicuſ cum socijs, & Ludouicum quen-  
dam perfidum Neophytum à perfidia  
conatur ad Christi ſacra reducere, ab  
eodem bona verba accipit, quippe  
qui ſe omnīd rediturum promitte-  
bat. Eā ſpe hilaris reuertebatur P. Lu-  
douicus: & ecce collecto barbarorum  
globo Ludouicus apostata illum per-  
iter aggressus, eius cor ſagittā trans-  
fixit.

IOANNES BAPTISTA  
MENDEZ ET GABRIEL  
DE SOLIS Novit.

Ibid. eodem  
die.

**H**ec factis necdum initiati cum P.  
Ludouico Neophytum apostata  
ad frugem conati reducere, ab eo  
optima omnia promittente reduces,  
cum ille P. Ludouicum perimeret, ab  
eius socijs trucidati ſunt, poſtridic-

post festum Purificationis Virginis  
Matris. Hunc Ludouicum, Cacicham  
vocat Catalogus. aitque illum insulæ  
Floridae principem fuſſe, baptiſtum  
ſimulacrum in Hispania fuſcepifſe; ac ſe-  
ducem Patribus obtuliffe.

IOANNES PETRVS  
DIVITIA, COAD.

**L**abore vtilis; atque affiduitate &  
Lorandi ſtudio insignis. Obtentā à  
Maioribus veniā, horam quāe recrea-  
tionis eſt à mensa ſive colloquij, ipſe  
agebat ad Sanctissimi Sacramentoſ  
aram in gradibus priuolutus. Ter illi  
quothebdomadis ad S. Synaxim ad-  
eundi facta eſt potestas. Quotquot in  
triclinio legi pro more audiebat No-  
ſtros vbiunque mortuos recitari, ſin-  
guſos adnotabat. & pro ſingulis DEI-  
PARÆ coronam ter perſolutebat. Nu-  
lum frigus illum adigere potuit ut ad  
ignem accederet, vel ut culcitram  
lireaminaque ad ſomnum admittre-  
ret. Ieiunia proprie ad inediam crebra  
habebat, & quando comedebat,  
non niſi unico cibi genere veſce-  
batur.

Italus. Per-  
rariꝝ 3.  
Febr. 1907.  
ætat 72.  
Eucharift.

Puritas.  
B. U.

Mortif.

I JOSEPH.